Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

IV. De decretis civitatum adversus Christianos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

A

Caput IV.

De decretis civitatum adverſus Chriſtianos.

Huc refer Niceph. l. 7. c. 25.

HÆc cùm illi ex ſententia ſucceſſiſſent, reliqui deinceps Magiſtratus qui civitates Maximini Imperio ſubjectas incolebant, idem quoque decernere inſtituerunt; ipſis etiam provinciarum Præſidibus qui id gratum eſſe Imperatori perſpexerant, ſubditos omnes ut idem facerent ſubmonentibus. Quorum decretis cùm tyrannus dato reſcripto libentiſſimè annuiſſet, rurſus adverſus noſtros recrudeſcere cœpit perſecutionis furor. Flamines itaque ſimulacrorum in ſingulis urbibus, ac præterea Sacerdotes ab ipſo Maximino conſtituti ſunt, ii maximè qui in publicis functionibus obeundis ſummam gloriam inter cives ſuos retuliſſent. Hi ergo in incolendis numinibus ſuis multum ſtudii ac diligentiæ adhibuerunt. Denique inſolita & prodigioſa Principis ſuperſtitio, cunctos, ut breviter dicam, ipſius dominationi ſubjectos tam privatos quàm Magiſtratus eò perpulit, ut in ejus gratiam nihil non agerent adverſus noſtros: & pro beneficiis quæ ſe ab illo conſecuturos eſſe ſperabant, nihil gratius rependere ſe poſſe crederēt, quàm ſi cædes noſtrorum patrarent, & nova quędam adverſus noſtros fraudum atque inſidiarum genera oſtentarent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ.

Περὶ τῶν καθ᾽ ἡμῶν ψηφισμάτων.

ΤΟύτῳ δὲ πρώτῳ κατὰ γνώμην πραχθέντι, πάντες οἱ λοιποὶ τῶν ὑπὸ τέλει τὰς ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν πόλεις οἰκοῦντες, τὴν ὁμοίαν ὁρμῶντο ψῆφον ποιήσασθαι. προσφιλὲς δὲ εἶναι τοῦτο βασιλεῖ τῶν κατ᾽ ἐπαρχίαν ἡγεμόνων συνεωρακότων, καὶ τοῦτ᾽ αὐτὸ διαπράξασθαι τοῖς ὑπηκόοις ὑποβεβληκότων, ὧν δὴ καὶ αὐτοῖς τοῖς ψηφίσμασι δι᾽ ἀντιγραφῆς ἀσμενέστατα ἐπινεύσαντος τοῦ τυράννου, αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς B καθ᾽ ἡμῶν ἀνεφλέγετο διωγμός· ἱερεῖς δῆτα κατὰ πόλιν τῶν ξοάνων, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀρχιερεῖς πρὸς αὐτοῦ Μαξιμίνου, οἱ μάλιστα ταῖς πολιτείαις διαπρέψαντες καὶ διὰ πασῶν ἐνδόξως ἀγόμενοι καθίσταντο· οἷς καὶ πολλή τις εἰσηγμένη σπουδὴ, περὶ τὴν τῶν θεραπευομένων πρὸς αὐτῶν θρησκείαν. ἡ γοῦν ἔκτοπος τοῦ κρατοῦντος δεισιδαιμονία, συνελόντι φάναι, πάντας τοὺς ὑπ᾽ αὐτὸν ἄρχοντάς τε καὶ ἀρχομένους εἰς τὴν αὐτοῦ χάριν πάντα πράττειν καθ᾽ ἡμῶν ἐνῆγε, ταύτην αὐτῷ χάριν μεγίστην ἀνθ᾽ ὧν ᾤοντο πρὸς αὐτοῦ τεύξεσθαι εὐεργεσιῶν ἀντιδωρουμέ- C νων, τὸ καθ᾽ ἡμῶν φονᾶν, καί τινας εἰς ἡμᾶς καινοτέρας κακοηθείας ἐνδείκνυσθαι.

Caput V.

De falſis actis.

Huc refer Niceph. l. 7. c. 28.

DEnique cùm acta quædam apud Pilatum ſuper Servatore noſtro habita compoſuiſſent, plena impietatis adverſus Chriſtum; ea per omnes provincias Imperii Maximini ipſo jubente dirigunt; mandantes per literas, ut ubique locorum tam in agris quàm in civitatibus publicè proponerentur; utque ludimagiſtri pro dictatis hæc declamanda & memoriæ commendanda pueris traderent. Quæ dum ita geruntur, Dux quidam in urbe Phœnices Damaſco, cùm impuras neſcio quas mulierculas ex foro rapuiſſet, tormenta ſe ipſis admoturum minatus, eò miſeras adegit, ut publicè editis apud acta teſtimoniis faterentur ſe olim Chriſtianas fuiſſe, & flagitiorum quæ à Chriſtianis gererentur conſcias eſſe: eos in ipſis ædibus ſacris obſcœna

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε.

Περὶ τῶν ἐπιπλάστων ὑπομνημάτων.

ΠΛασάμενοι δῆτα Πιλάτου καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑπομνήματα, πάσης ἔμπλεα κατὰ τοῦ Χριστοῦ βλασφημίας, γνώμῃ τοῦ μείζονος ἐπὶ πᾶσαν διαπέμπονται τὴν D ὑπ᾽ αὐτὸν ἀρχήν. διὰ γραμμάτων παρακελευόμενοι, κατὰ πάντα τόπον ἀγρούς τε καὶ πόλεις, ἐν ἐκφανεῖ ταῦτα τοῖς πᾶσιν ἐκθεῖναι. τοῖς τε παισὶ τοὺς γραμματοδιδασκάλους ἀντὶ μαθημάτων ταῦτα μελετᾶν τε καὶ διὰ μνήμης κατέχειν παραδιδόναι. ὧν τοῦτον ἐπιτελουμένων τὸν τρόπον, ἕτερος στρατοπεδάρχης ὃν δοῦκα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσιν, ἀνὰ τὴν Δαμασκὸν τῆς Φοινίκης ἐπιρρητά τινα γυναικάρια ἐξ ἀγορᾶς ἀναρπάσας, ποινάς τε αὐταῖς ἐπιθήσειν ἠπείλει, λέγειν ἐγγράφως ἐπαναγκάζων, ὡς δὴ εἶσαν ποτὲ χριστιαναὶ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN